



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. CCCII. De Morte Syfridi Magistri generalis & terrae Prussiae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

CAP. CCCII.

*De**Morte Syfridi Magistri generalis
& terræ Prussiae.*

Hoc anno III. Nonas Martii frater Syffridus de Wucgwan-
gen Magister Generalis Ordinis Domus Teutonicæ mor-
tuus est in domo principali Mergenburg / & sepultus Colmæ in
Ecclesia Cathedrali.

CAP. CCCIII.

*De**Victoria fratrum contra Regem
Lethovvinorum.*

Eodem anno in vigilia Palmarum Vithenus Rex Lethovia-
putans quod omnia sibi deberent ad nutum succedere sicut
prius, cum IV. millibus virorum præelectorum intravit terram
Pruschiæ, & Episcopum Warmensem depopulavit adeo, quod
nihil extra castra & munitiones remansit, quod non esset exu-
stum, captum, aut occisum. In hoc & priori bello Ecclesiis &
vestibus sacris & vasis ministris & Ecclesiæ Sacramentis verecun-
diā magnam fecit & præter aliud spolium, quod fuit multum
nimis ultra mille & ducentos captos Christianos homines se-
cum duxit: Et ecce Rex iste blasphemus nominis Christi, dum
veniret in solitudinem ad terram Barthensem in campum di-
ctum Woyploc mente effrenatus gloriabatur, quasi potens in
potentia exercitus sui, nunquam recogitans potestatem Dei, &
ait ad Christianos captos, qui ligati astiterunt ibi: Ubi est DEUS
vester, quare non adjuvat vos, sicut Dii nostri auxiliati sunt no-
bis nunc & alterâ vice? Christiani ingemiscentes tacuerunt.

Se-